

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Lectionarium - Cod. Aug. perg. 37

[S.l.], [3. Drittel des 10. Jh.]

Lesung aus dem Evangelium nach Lucas

[urn:nbn:de:bsz:31-6715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-6715)

In hoc sic. Lucā.
In illo tempore. **C**onuocatis ih̄c
ad discipulos suos. dedit illis
uirtutem & potestatem super om̄ia
demonia. & ut languores curarent.

OMNIBUS DISCIPULIS
Ins ac redemptor noster. con-
cessa primum potestate sig-
norum. misit discipulos suos predi-
care regnum dei & sanare infirmos.
ut promissorum magnitudini. ad-
testaretur etiam magnitudo facto-
rum. fidem que uerbis daret uirtus
ostensa. & noua facerent. qui noua
predicarent. Vnde nunc quoque
cum fidelium numerositas exereuit in-
tra sc̄am ecclesiam. multi sunt qui
uitam uirtutum tenent. & signa uirtu-
tum non habent. quia frustra mira-
culum foras ostenditur. si de ē q̄d intus
operetur. Nam iuxta magistri gentiū
uocē. lingue insigni sunt. non fidelibus.
II. sed infidelibus. Et ait ad illos. Nihil
tulertis in uia. neque uirgam. neq;
peram. neq; panem. neque pecuniam.
neque duas tunicas habeatis. Solet
queri. quomodo matheus & lucas
commemorauerint dixisse dñm di-

scipulis. ne uirgam ferrent. cum dicat mar-
cus. & precepti eis ne quid tollerent in uia.
nisi uirgam tantum. Quod ita soluitur.
ut intellegamus sub alia significatione die-
tam uirgam. quae secundum marcum ferren-
da est. & sub alia illam quae secundum ma-
thaeum & lucam non est ferenda. sicut
sub alia significatione intellegitur temp-
tatio de qua dictum est. temptat uos dñs
deus uester. ut sciat si diligatis eum. & sub
alia de qua scriptum est. ne temptet uos
sathanas. Illa probationis est. hęc seducti-
onis. **III.** Vtrum q; ergo accipiendum est ad nō
apostolis dictum. ut et nec uirgam ferrent.
et ut non nisi uirgam ferrent. Cum enim
secundum matheum diceret eis. nolite
possidere aurum neq; argentum. contum-
o subiecit. dignus ē enim operarius merce
de sua. Vnde satis ostendit. cur eos possi-
dere hęc ac ferre noluerit. non quo ne-
cessaria non sint sustentatione huius ui-
tae. sed quia sic eos mittebat. ut eis haec
deberi monstraret ab illis. quibus euan-
gelium credentibus annuntiarent.
Claret autem hęc non ita precepisse dñm.
tamquam euangeliste uiuere aliunde
non debeant. quam eis prebentibus.
quibus annuntiant euangelium.

20